

De Malo Punico. CAP. CLI.

MALVM Punicum omne iucundi est saporis, stomachoque vtile, sed vix dulius alimenti. Attamen ex his dulcia, stomacho utiliora habentur: sed circa eum, calorem aliquantulum gignunt, inflationesque pariunt: qua ex caula febricitantibus haud quaquam conueniunt. Acida vero, aestuanti stomacho auxiliantur, magisque contrahunt, ac felicius vrinam cident: sed oris ingrata sunt & astringendi vi praedita. Vinoſa medias vires obtinent. Acidorum nucleus in sole ficcatus, & obſoniis inspersus ac cum iis etiam decoctus, aluum stomachique flutionem ſiftit. Aqua vero coeli maceratus, ſanguinem exceantes potu iuuat, & ad infelix dysentericorum profluuioque laborantium accommodatur. Porro succus ex acinis ipsis expressus si coquatur melli admixtus, perutilis fuerit ad oris, genitalium & ſedis ulceras, necnon ad digitorum pterygia, nomas & quæ in ulceribus excrescunt, itemque ad aurium dolores & narium vitia: maximè vero, si ex acidi Punici granis exprimatur.

De Cytinis. CAP. CLII.

Huius flores, qui etiam cytini vocantur, & ipſi quoque astringunt, fificant & cohident: cruenta vulnera glutinant, & quas Punicum

Punicum, præstant vtilitates. Eorum decoctum ad gingiuas humore flaccidas dentesque mobiles colluitur, & ramicos ex intestini prolapsu cataplasmati inditum agglutinat. Cæterum sunt qui memorie tradant toto anno lippitudinem non passuros, qui tres quantumvis exiguos cytinos deuorauerint. Ex iis velut ex hypocisthide succus elicetur.

De Malicorio. CAP. CLIII.

Et ipsa quoque Punici putamina, quæ Sida nonnullis appellantur, astringendi vim habent, & quos cytini præbent vñus. Radicum autem decoctum latas ventris tineas potu pellit & enecat.

De Balaustio. CAP. CLIV.

Balaustium sylvestris Punicæ flos est, cuius complura sunt genera: reperitur enim candidum, rutilum & colore rosaceo. Domesticæ mali Punicæ cytino simile est, & ex eo quoque succus elicetur, hypocisthis modo. Vis ei astrictoria, eadem efficiens que hypocisthis & cytinus.

De Myro. CAP. CLV.

MYRTVS sativa nigra medicinæ vtilior, quam candida: & in eo ipso genere accommodior montana: fructum tamen ineffaciorem habet. Vis tum ipsi myro, tum etiam fructui astrictoria. Ac fructus

quidem seu viridis, seu etiam aridus, in cibo
datur sanguinem excreantibus, vesicæque
erosione laborantibus. Virentibus baccis
expressus succus eosdem effectus exhibet,
stomacho utilis est, vrinamque ciet: prodest
cum vino à phalangio demorsis & à scor-
pione ictis. Fructus quoque decoctum ca-
pillum tingit. Is ipse cum vino subferuefa-
ctus & impositus, vlcera in extremitatibus
corporis nata sanat. Cum tenuissimo vero
polentæ polline impositus, oculorum in-
flammationes lenit: quin & ad ægilopas il-
linitur. Vinum porrò myrtites, quod expref-
so & aliquantum feruefacto fructu fit, (ali-
ter enim paratum aescit) præsumptum cra-
pulam arcet, & ad eadem ad quæ fructus i-
pse valet. Vtile quoque ipsum in defensioni
bus vuluarum & sedis procidentiarum, item que
fœminis fluxione vuluæ laborantibus: de-
tergit etiam furfures, vlcera capitis manan-
tia & papularum eruptiones: fluentes quo-
que capillos continet. Additur & in empla-
ftris lenibus quæ liparas vocant, veluti etiā
quod ex ipsius foliis cōficitur oleum. Quin
& foliorum decoctum ad infessus conuenit:
eoque laxati & ægrè coeunt articuli, item
que fracta quæ non conferuere, utiliter fo-
uentur. Vitiligines quoque emaculat: ad
aures purulentas denigrandosque capillos
infun-

infunditur. Sed & eorum succus eadem efficit. Ipsa vero folia trita & ex aqua illita, humidis ulceribus & partibus omnibus huxione laborantibus, cæliacisque prosumunt. Siquidem admisto oleo omphacino aut exiguo rosaceo cum vino, valent ad herpetas, erysipelata, testium inflammations, epinyctidas & condylomata. Atentia vero folia trita, paronychiis & pterygiis, itemque alis feminib[us]que humentibus, adeoque tetur, & cardiacorum sudores cohident. Cæterum cremata aut etiam cruda cum ceraso, ambustis, pterygiis & paronychiis medentur. Exprimitur & foliis succus affuso vino vetere aut aqua colesti, cuius recentis usus est. Nam exiccatus situm contrahit, viresque amittit.

De Myrtidano. CAP. CLVI.

Quod myrtidanum dicitur, id est quod myrto adnascitur, inæquabile, verrucosum intumescensque & concolor: quod perinde quasi manus, myrti caudicem amplectitur. Magis quam myrtus astringit. Tulum vero & vino austero addito coactum in pastillos, siccatumque in umbra, reponitur. Efficacius porro est tum fructu tum folio, ceraso, pessis, infestionibus & cataplasmatis

admixtum, ubi constringendum aliquid est.

De Cerasis. CAP. CLVII.

CERASIA bonam quidem aluum faciunt, si recentia sumantur: at sicca eadem, aluum sistunt. Gummi vero cerasorum cum vino diluto sumptum, diuturnæ tussi medetur, colorem quoque commendat, visum exacuit & appetentiam inuitat. Ex vi-
no etiam potum, calculosis prodest.

De Siliquis. CAP. CLVIII.

SILIOVAE recentes quidem sumptus, sto-
macho inutiles sunt, aliumque solvunt.
Eadem siccatae sistunt, stomachoque utilio-
res sunt, ac vrinæ ciendæ vi præditæ: sed
præcipue quæ vinaceis conduntur.

De Malo. CAP. CLIX.

CVM omnis mali, tum vero maximè co-
toneæ, folia, flores & germina astrin-
gunt: fructui vero immaturo quidem astrin-
gendi vis inest, maturo non item. Quæ ve-
ro mala verno maturescunt tempore, bilem
gignunt, toti neruoso generi infesta sunt,
inflationesque pariunt.

De Cotoneis. CAP. CLX.

Cotonea stomacho utilia, vrinam cident:
verum tosta mitiora euadunt, proslintque
coeliacis, dysentericis, sanguinem excrean-
tibus & cholera laborantibus, præsentimque
cruda. Quin & aqua in qua hæc ipsa mace-
rata

rata fuerint, potui data, stomachi ventrīsve
fluxione infestatis conuenit. Crudorum co-
rundem succus assumptus, orthopnoicis o-
pitulatur: decocto sedes & vulva fouentur,
si procidant. Cotonea verò quæ in melle
condita sunt, & ipsa vrinam mouent: mel
autem illorum constipantem constringen-
tēque vim sibi asciscit. Quæ porrò cum
melle decoquuntur, stomacho quidem vti-
lia sunt atque ori grata, sed minus constringen-
tia. Cruda eadem cataplasmati adiiciuntur
ad cohibendam aluum: itēque contra
stomachi eversionem & æstum, mamma-
rum inflammations, ac lienes in scirrum
induratos, atque condylomata. Fit etiam
num ex ipsis vinum tuis expressisque, addi-
to, quo diutius perennet, ad succi sextarios
sedecim mellis sextario uno: alioquin aco-
rem contraheret. Prodest autem ad eadem
omnia quæ modò dicta sunt. Fit & oleum
ex his quod melinum vocatur: quo quidem
vitimur, quoties oleo astringente opus ha-
bemus. Cæterū cotonea eligi oportet ve-
ra ac germana, qualia parua, rotunda &
odorata sunt. Quæ verò struthia & magna di-
cuntur, minus vtilia censemur. Eorum flo-
res sicci æquè ac virides cataplasmati ac-
commendantur, quæ astrictionem deside-
rant: ac etiamnum valent ad oculorum in-

flammationes. Contra sanguinis reiectiones, alui profluvia mensiumque impetus vtiliter in vino bibuntur.

De Melimeli seu mustis.

C A P . C L X I .

Melimela ventrem molient, & ab eo animalia expellunt, stomacho negotium exhibent, astuosaque sunt. A nonnullis porrò, quasi dulcia mala, glycymela nuncupantur.

De Epiroticis malis.

C A P . C L X I I .

Epirotica mala, quæ Latinè orbiculata dicuntur, stomacho vtilia sunt: sed aluum fistunt, vrinásque euocant: malis tamen cōtioneis inefficaciora sunt.

De Sylvestribus malis.

C A P . C L X I I I .

Sylvestria mala vernis similia sunt, & astringunt. Ad ea porrò quæ astrictione opus habent, iis omnibus vtendum, quæ minùs matura fuerint.

De Persicis malis.

C A P . C L X I V .

Persica mala stomacho vtilia sunt, & aluū quoque bonam præstant, si matura fuerint. Immatura verò, candem cohibent, sed siccatā vehementius. Sumptum eorundem ficorum decoctum, in stomachum ventrēque decumbentes fluxiones sitit.

De